

SUMMUM BONUM SAPIENTIS,
MORS

Cujus effigiem
In

Exequiis solennibus

Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi
atque Consultissimi Domini

D O M I N I

JOHANNIS
CZIMMERMANI.

Civitatis Regiæ Thorunensis Præ-Consulis

Longe meritissimi,

Anno M D CCXII. die XXIV Novembr.

pie denati,

Et d IV. Decembr. ad D. Mariæ Ædem

solenni ritu contumulati,

Adumbrare voluit

Petrus Dzikowski, Thorun.



Joh ruhe sanft und selig.



T H O R U N I,

Impressit JOHANNES NICOLAI, NOBIL. SENAT. ET GYMN. Typographus

C72

SUMMUM BONUM PARIENTIS

Quot capita, tot sensus,
Epicureorum sententia,
quibus anima, ne corpora putrescant, salis instar est,
Voluptates & delicias corporis
SUMMUM BONUM
esse deprædicat.

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.

At
quibus gula est regula,
dum voluptatum imperium æquo patentur animo,
non hominum, sed belluarum formam induunt.

Alii
Auri argentique numerosam multitudinem
pro SUMMO BONO colunt,

&
veluti Jasones
Aureis velleribus assidue inhiant:

Sed
quid prodest insatiabilis hæc avaritia?
quam ut

Auri custodes servatores argenti
Securitate careant, ne sciant quietem,
& cum

Desit securitas, quies pereat,
pœna ditiores sint, quam censu.

Qui Fortunam
Titulo SUMMI BONI condecorarunt,
ambitiosi Gloria Famæque captatores,
Felicitem suam

e præclare gestis a se facinoribus
æternum usque perennaturam credidere,
nimium quoque tumidi

Divinis sese honoribus maectari gestiverunt:

Hi sane
Elati sunt in altum, ut lapsu graviori ruerent;

Non enim
tam firma & constans fuit Fortuna
Pompeji & Cæsaris,

quin eo celeriori impetu ac improvise
invictos olim sibi æmulos prostraverit.

Nec Divinus ille,
ut haberi voluit, JOVIS Hammonis filius
Alexander M.

immortalitatem suam perpetuo celare potuit,
unico veneni haustu extinctus.

Propius accedere videntur,
qui Aristotelis sectati doctrinam,
per VIRTUTIS semitam

ad SUMMAM pervenire FELICITATEM
student:

Hæc enim
inter duo extrema,
tanquam inter

Scyllam & Charybdim,
in medio posita,

ET GYMNASIUM

Navigantibus in vasto hujus vitæ Oceano
iter est tutissimum.

Verum
cum, juxta Socratis sententiam,
ea demum vera sit Felicitas,
quæ nullis amplius est obnoxia mutationibus.

Quis dubitaverit?

MORTEM

SUMMUM esse SAPIENTIS BONUM.

Ut enim

Nec VIRTUTEM ipsam

Ullus hominum integram unquam nactus est,

Sic omnia,

quæ in hac vita imperfecta,

MORS

ad summam trahit perfectionem.

Quin &

Magnificum, Nobilissimum Amplissimum atque Consultissimum

DOMINUM

Dn. JOANNEM CZIMMERMANNUM,

Inclytæ Civitatis Thoruniensis, Præ-Consulem meritissimum,

d. XXIV. Novembris

in sua resolutum initia,

Animam cœlestem cœlo reddere,

Corpus vero terrestræ Terræ Matri omnium,

Condendum relinquere fecerit.

Non defuit quidem

VIRO NOBILISSIMO

dum viveret, & sua Voluptas;

Meditatione enim assidua rerum sublimium occupatus,

in ea tandem pervenit curricula,

in quibus infiniti DEI impressa sunt vestigia.

Non defuerunt Divitiæ,

Dives enim Sapientia & Consilio,

Reipublicæ Patriæ

innumeros persolvit census,

Et Fortuna adjuvante

adeo felices in omnibus fecit progressus,

ut tandem

Fama & Gloria,

Virtutis redhostimentum,

merito IPSUM maneat.

Sed in his omnibus

Veram Felicitatem, minime assequi potuit,

ac ideo

ruptis hujus imperfectionis vinculis,

Spretis hujus Mundi fragilibus,

Voluptate, Divitiis, Fortuna, Gloria,

Sola cum Virtute

ad summum SUMMI BONI fastigium elatus est.

Quisquis igitur es,


Neminem ante obitum beatum esse noveris

Si invides, imiteris,

Si probes, mireris,

Sin minus probaveris,

Nunquam Felicem te fore, sciveris.



Vita caduca vale, *salve* Mors optima rerum,
Salve blanda quies, Vita caduca Vale.
Non me fallacis tenuit lascivia mundi,
Non ditis gazæ pervigil anxietas:
Non honor insignis rapido delebilis ævo,
Soli Virtuti in Morte corona manet.
Mors fera, dura, vale, *salve* dulcissima Vita,
Salve sancta Salus Mors fera, dura vale.
Longa dies fessam peperit tristemque senectam,
Nunc mihi post mœstam splendida Vita redit.
Longa dies multos cumulavit sæpe labores,
Nunc mihi restituit languida membra quies.
Longa dies memoris subduxit mentis acumen,
Ast nunc ingenio stat sine morte decus.
Vivite felices, quibus est fortuna peracta,
Aspirat velis aura secunda meis.
Felix, cui vulturidet Libitina sereno,
Felix, quem SUMMA FELICITATE beat.

Honoris & observantia ergo
Imq; apposuit

Stanislaus Henricus Dzikowski, Thor.



140. 113062

140. 321 73